



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 147. Conjuratio Pazziorum in Mediceos

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV.
A. C. 1478.

noratissimis Viris accensendus, felicitate, gloria, & populi amore canitiem suam immortalem reddebat, ac non vano nomine Pater Patriæ, & liberator populi nuncupabatur. Hic ipse filium habuit Petrum suæ auctoritatis, opumque hæredem, qui tamen haud diu superstes duos reliquit Filios Laurentium & Julianum. His tamen non eadem, ac eorum Avo, Patrique fortunæ prosperitas adspirabat; omnibus enim juxta ac funestissimis agitabantur malis, quæ æmulatio atque invidia in eorum animis suscitare solet, qui ambitione inflati etiam cum dispendio honoris, ac justitiæ sese super alios erigere anhellant.

§. CXLVII.

Conjuratio Pazziorum in Mediceos.

Machiavel.
hist. Florent.
l. 8.
Onuphr. in
Sist. IV.

Sixtus IV. Papa minus propensum in Mediceos fovebat animum; eoquod Hieronymi Riarii ejus Nepotis fastui adversarentur. Ex adverso gratia & favore apud Pontificem plurimum valebant Pazzii: Hi itaque auctoritate ac potentia, quarum utraque urgens est ad quævis audenda stimulus, suffulti, in fratres Laurentium & Julianum conspirationem conflant: quisque etiam suos habebat fautores numero & viribus neutri impares. Unde

unde tota pene Italia in duas factiones Sæcul. XV. A.C. 1478.
 scissa erat; hinc enim Ferdinandus Nea-
 polis Rex cum Sixto Papa foedus iniit,
 ut ambo Pazziorum causam communi
 consilio tuerentur; illinc Veneti, atque
 Mediolanensium Dux cum Florentinis
 pro Medicea gente conspirabant. Præ-
 primis Alphonsus Ferdinandi Filius cum
 exercitu in Etruriam Mediceos aggres-
 surus venit, eo quidem usus obtentū, quod
 nonnulla oppida ditionis ecclesiasticæ
 ab aliquibus Etruriæ Optimatibus occu-
 pata recuperaret, re tamen ipsa, ut sub-
 latis Mediceis Papa Florentinorum Rei-
 publicæ pro summo imperio præesset.

§. CXLVIII.

*Sacrilegum Pazziorum consilium du-
 rante Missa utrumque Fratrem
 Medicum trucidandi.*

Indies Conjuratorum numerus pluri-
 mum excreverat, eosque Pontificis
 Nepos favore atque auxilio, quantum in
 ipso erat, non parum fulciebat. Hi er-
 go amborum fratrum Laurentii & Julia-
 ni necem decernunt; consilium vero
 executuri, Sixtum IV. qui conjurationis
 initæ penitus ignarus erat, rogant, ut
 Cardinalem S. Georgii, qui ex Hierony-
 mi Riarii sorore natus Pontificis Prone-
 pos erat, visendæ urbis, ac animi rela-
 xandi

*Machiavel
 hist. Florent.
 8.*

*Onuphr. in
 Sixt. IV.*